



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Disputatio VI. De poenis corporalibus haereticorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



ficut à die commissi criminis sunt omnia bona hæreticorum fisco addicta: indiget fisco sententia declaratoria criminis, vt ea occupare possit, ad confirmationem respõdeõ fisco à die commissi criminis habere dominium directum in bona hæretici, non tamen vile, nisi sententia accedat ea de causa hæretico denegari non possunt debita, & obsequia præstanda, dum non est sententia.

21. Vnum tamen est omnino certum, debitores, etsi à die commissi criminis eximantur ab obligatione soluendi debita hæreticis, & vasallos à debito fidelitatis suis dominis, non tamen ita esse exemptos, vt eorum debita, & subiectio extinguatur omnino: succedit enim fisco in credito, & in dominio, si alij vocati non sunt: sic tradunt vterque Abbas in cap. fin. de hæretic. Marian. Societ. num. 1. Ioan. de Anania num. 2. c. 3. Felio. in princ. quos refert, & sequitur Fatnac. quæst. 189. n. 68.

22. Sexta poena hæreticorum est, quod fides eis data, & securitas promissa seruanda non sit: si enim, vt inquit, Fatnac. quæst. 197. num. 24. tyrannis, pitatis, ceterisque publicis prædonibus, quia corpus occidunt, fides seruanda non est: longè minus hæreticis, qui animas occidunt, seruari debet. Item bannito pro capitali delicto, quia hostis publicus, pax seruanda non est. Ergo neque hæretico, sic pluribus relatis comprobant Petrus à Plach. in episc. de iud. lib. 1. cap. 39. in fine, n. 11. Simanc. de catho. instit. tit. 46. n. 52. c. 7. q. 2. Kotas singul. 63. Clarus in præf. §. hæresis. n. 16. Lælius Zechius sum. 1. p. tit. de fide, cap. 11. de hæreticis. n. 16. Fatnacius quæst. 197. num. 24. Hoc autem limitandum est, vt procedat in fide, & securitate data hæretico à priuata persona, secus à publica persona, seu Principe habente potestatem illam concedendi, hæc enim seruanda est secus alia: sic Simanc. Petrus à Plach. Lælius Zech. & Fatnac. supra. & Menoch. consil. 106. num. 226. c. 227. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 55. Ratio esse potest, quia seruare tunc Principem hanc fidem in bonum commune cedit maxime, secus procedit in priuata persona, quæ hæc securitatem promittere non potest. Ex quo fit, si Inquisitor, promittat hæretico gratiam facturus si veritate fateatur, & ipse hæreticus sub spe gratiæ consequenda hæresim confiteatur, teneatur Inquisitor fidem datam seruare, quia illa dare poterat: concessa enim est Inquisitoribus ampla potestas penas temperandi, ex e. vt commissi, de hæreticis. in 6. sic Pagna direct. 3. p. com. 23. versum in hac præmissione Fatnac. quæst. 81. n. 296. At si omnimodam impunitatem promississet, quia hæc promittere non poterat, alia seruare non debet: sic Pagna, & Fatnac. supra. non tamè ad penam ordinariam, sed ad extraordinariam condemnandus est, quia dolose fuit talis confessio extorta.

23. Septima poena hæreticorum est, vt eorum domus, si in ea conuenticula fecerint, & hæresim docuerint, funditus euertatur, nullo vnquam tempore repetanda: & idem est, de domo, in qua se occultauit, ne caperetur ab Inquisitoribus, etiam si aliena sit, quia reputatur eius dominus fauorem illi præstare, sic multis constitutionibus comprobant Zanch. tract. de hæreticis, cap. 39. c. 40. Pagna direct. 3. part. comment. 9. circa finem Fatnacius quæst. 190. §. 2. à n. 30. Quocirca vt dominus hæc poena excusetur, debet comprobare ignotanter processisse, & absque eius consentu hæreticalia ibi fuisse commissa: vt satis indicat constitutio Alexand. IV. edita anno 1257. incipiens, felicitis recordationis, quam adducit Franciscus Pagna inter literas Apostolicas, fol. 27. ibi, nisi legitime conseruit prædictarum domorum dominus penitus innocens, & profusus, inculpabilis existisse quæ constitutio confirmata est à Clemens. IV. anno 1265. in alia constitutione incipiente, Ad extirpanda cuius meminit Pagna supra pag. 63. At si non ex consensu domini domus, sed ex consensu conductoris ibi hæretici conueniunt, non destruitur domus, sed conductor alius poenis punitur, vt hæreticorum fautor, scilicet poenæ pecuniariæ, verberum, & exilij iuxta conditionem personæ, ex text. in l. Arriani, §. cunctis, versum de priuata ad ioseph, C. de heret. & tradit Decian. lib. 5. c. 51. num. 50. Fatnacius quæst. 190. §. 2. n. 39. Adde aliquando domus aliena destruitur, etiam si dominus illius ignorauerit crimen in illa commissum, si talis destructio ad publicam vilitatē, & retorem conuenire iudicatum fuerit; restituo tamen pretio domino domus, quod raro contingit, nisi in crimine nimis publico, & scandaloso. Simancas de catho. instit. tit. 46. n. 91. c. in enchirid. tit. 67. n. 14. Zanch. tract. de hæreticis, c. 39. Fatnacius num. 37. & faciunt ea, quæ congerit de crimine læsæ maiestatis quæst. 116. à n. 28. ibi enim probat, si domus committens crimen læsæ maiestatis hypothecata sit vxori, vel alteri, neque delinquens habet alia bona, quæ loco domus subrogentur, non posse domum destrui, nisi fisco ex proprijs bonis illis satisfaciatur, quia aliàs sequeretur absurdum, quod vxor, vel creditor innocuus hypothecam amitteret: consentit Clarus quæst. 82. verbo statutum §. num. 4. versum. in Baiard. ibi num. 98.



DISPUTATIO VI.

De poenis corporalibus hæreticorum.

¶ Poena comprehendi possunt sub poena carceris, exilij, tritomis, verberum, & mortis, de his breuiter est dicendum, quibus imponantur, & quando.

PUNCTVM I.

De poena carceris.

- 1 Poena carceris imponi potest, & sæpe imponitur.
2 Hanc poenam perpetui carceris hæreticis debitam, potest Episcopus cum Inquisitoribus mitigare, & ad tempus tantum imponere.
3 Qualis debet esse carcer, ad quem hæreticus condemnatur.
4 Post condemnationem rei mitigatis poenæ poenis solum Inquisitorem generalium in Hispania residet.

Hanc poenam hæreticis penitentibus imponi posse, & sæpe imponi, nemini est dubium, cum expresse causa sit in e. excommunicamus, l. 2. de hæreticis, ibi si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi redire voluerint ad agendam penitentiam, in perpetuo carere damnantur, glossa in Hostiens. Abbas, Bartio, & alij communiter. Verum ad perpetui carceris non omnes hæretici penitentes damnantur, etsi de rigore iuris damnari possint; sed illi tantum, qui post publicationem testium errorem suum fateantur plenè, & penitentiam signa ostendant: sic Simancas de catho. institution. tit. 47. n. 29. c. sequentibus c. in enchirid. violata religio. tit. 58. de penitentia. n. 7. Afflicti in constitutione de hæreticis & Pæctenis rub. 1. sub. num. 36. Fatnacius quæst. 193. num. 103. Ioan. Rojas tractatus de hæreticis p. 2. n. 197. c. sequentibus Pagna direct. 3. p. 93. com. 142. vbi refert in huius confirmationem quandam institutionem H. spalensem. Ex quo fit ad perpetuum carcerem non esse damnandum eum, qui errorem suum fateatur, antequam dicta testium ei publicata sint, quia tunc non videtur in errore suo satis deprehensus, iuxta dict. cap. excommunicamus, secus vero si post publicationem testium, quia tunc videtur quæque deprehensus est non solum corpore, sed mente, quia conuictus est. Secundo fit ad perpetuum carcerem nullo modo damnari posse, qui solum de hæresi suspectus est, quia hæc poena solis delictis à fide imputantur. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. verbo suspicio num. 31. Repet. Inquisitor. in verbo carcer. sub. vers. primo, c. in vers. viso de carcere. Fatnacius quæst. 193. §. 5. num. 103.

2. Hanc autem perpetuum carcerem debitum hæreticis penitentibus post publicationem testium possunt Inquisitores cum Episcopis si aliqua iusta, grauique causa intercedat mitigare, & solum ad tempus imponere; vel iam impositam tollere, aut in alias extraordinarias penitentias conuerrere, secundum potestatem ipsi datam in cap. vt commissi, versum. c. illorum de hæreticis in 6. ibi, c. illorum qui v. stris mandatis obediunt, v. milititer stant propter hæresim in carcere, vel muro reclusi, quæ vna cum Prælati quorundam iurisdictione subsunt mitigandi, vel mutandi cum videritis expedire. vbi glossa Abbas, Franciscus Marian. Socin. Butt. Fel. & alij. Ioan. Cald. tract. de hæreticis rub. de heret. redemptibus. c. conuersi. n. 3. c. 4. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. in verbo hereticus n. 34. 35. c. 36. c. verb. Inquisit. n. 33. Simanc. de catho. instit. tit. 16. rub. de custodia reorum n. 5. c. 6. c. in enchirid. tit. 57. tit. de carcere perpetuo n. 7. Fatnac. alios referens de hæresi, q. 193. n. 104. & faciunt plurima, quæ adducit n. 84. c. 96. Clarus præf. §. hæresis num. 7. Eymet. 3. part. direct. quæst. 93. c. 96. & ibi Pagna.

3. Aduerto primò hunc carcerem ad quem reus damnatur non debere esse ita arctum, vt abbreviet vitam in carcerati; aliàs iudices fidei irregularitatem non videntur euadere, sic Vmbert. Locat. in opo iud. verbo carcer n. 6. Pagna direct. 3. p. 93. com. 107. sine. vbi adducit decretum Conc. Biterrensis c. 23. ibi c. eo rigore carcerum non extinguatur. Dec. lib. 5. c. 42. n. 14. Compagius addit ad Zanch. de heret. c. 20. l. 6. verb. poena versum. in rament Fatnac. q. 193. n. 106. Neq; obstat text. in Clement. §. propter de hæreticis, ibi, duro tamè tradere carceri, sine archi, qui vniuersis ad poenam, quàm ad iustitiam videntur. Signum Inquisitor de consensu Episcopi, & Episcopus de consensu Inquisitoris possunt reum ad hunc carcerem condemnare, possunt & medio illo vitam abbreviare vt dixit Mart. Del. de disquis. lib. 5. sect. 7. in princ. versum potest autem. Non iniqua oblat, quia ex arcto, & duro carcere solum sequitur vitam in carcerati abbreviandam esse aliquoties: si autem notabiliter abbreviaretur, ita vt intra paucos dies moriturus esset reus ibidem existens nullo modo credo posse à iudicibus fidei exequi quid dicit Mart. Delrio.



Delictio quia hanc videtur esse clara condemnatio ad mortem quae per iudices laicos, & curiam secularem facienda est.

Ad hunc secundum in Hispania ex speciali privilegio Sedis Apostolicæ dispensationem, commutationem, vel relaxationem perpetui carceris, vel ad tempus, postquam reus est condemnatus, penes solum Inquisitorem generalem efficitur & depositio velis crucibus signata: sic testatur Simancas tit. 1.6. num. 20 & Franc. Pegna. 3. p. direct. 9. 59. comm. 108. & 9. 96. com. 145. Fatinae. quæst. 193. n. 98. Ioann. Rojas de hæretic. post part. 2. n. 200. & num. 382. & 383. & singul. 155. num. 5.

Quod si iniquitas post quantum tempus carcer perpetuus remitti solet? Respondeo nihil esse in hac parte iure statutum, sed arbitrio Inquisitorum relictum, qui inspecta poenitentium humilitate poterunt tempus pro vi sibi visum fuerit abbreviare, vel in aliam leuiorem poenitentiam commutare. Regulariter autem triennio elapso dispensatur cum condemnato ad carcerem perpetuum. At cum condemnato ad carcerem perpetuum irreversibilem non nisi post octo annos lotum dispensatio concedi: sic ex Simancas de cathol. instit. tit. 16. n. 20. & 21. & in Enchirid. tit. 1. a. v. l. 7. n. 3. tradit Pegna direct. 9. 59. comm. 108. circa finem, vers. quæstium scio Fatinae. quæst. 193. n. 104. sine, & propter hanc solitam dispensationem non solet degradari clericus immutandus, de quo vide Pegna direct. 3. p. comm. 46. n. 101. vers. quæst. si quis querat.

PUNCTUM II.

De poena fustigationis exilij, tritremis: & mortis hæreticis imponenda.

1. Quibus hæreticis hæ poena imponatur.
2. Poena mortis quibus hæreticis imponi potest.
3. De factis imponitur hæreticis impoenitibus, & pertinacibus.
4. Item hæreticis negantibus hoc esse sectione iuris impoenitentium suorum.
5. Item dimissis confidenti.
6. Item si in iudicio manifestas errores, & postea negat.
7. Poena mortis afficitur hæreticis relapsis.
8. Dicitur relapsus, qui de primo lapsu non fuit plene convictus sed abiuravit de vehementer.
9. Contra si primo lapsus fuit in hæresim, & postea in suspicionem incidit, tunc est aliqui negans esse relapsum, probabilis est oppositum.
10. Status contrarius.
11. Apponitur quedam limitatio, sed non approbat.
12. Lati debet in eandem hæresim prius abiuratum, ut quis relapsus dici possit secundum aliquos.
13. Probabilis est in quacunque hæresim labatur relapsus dici.
14. Relapsus poenitentibus aanda sunt sacramenta.
15. Qui dicatur Hæresarcha, & dogmatista.
16. Non esse tradendus brachio seculari qui probent.
17. Probabilis est spectatio iuris rigore oppositum.
18. Hæretici conversi ante sententiam ad reconciliationem debent admitti.
19. Si post sententiam conversantur admittendi non sunt.
20. Quod de illo, qui iam in tabulato sperans audire sententiam conversitur.

POenam fustigationis, exilij, tritremis poenitentibus hæreticis imponi testatur Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 42. num. 6. & 11. Ioan. a Rojas singul. 2. n. 2. & 25. Fatinae. 9. 193. n. 85. Credo tamen in Hispania poenam fustigationis vel tritremis non imponi nisi hæreticis, qui tardissimi, durique fuerint ad conversionem. Romæ verò, & alibi affirmat Rojas de hæretic. 2. 63. Bollius tit. de hæret. n. 18. Fatinae. n. 88. poenitentem hæreticum loco carceris perpetui ad tritremis triennio condemnatum. Item delictum committenti, ob quod est vehementer de hæreticis suspectus, solet hæc poena fustigationis, exilij, vel tritremis indici.

Pœna mortis, quæ gravissima est nemini est dubium hæreticis imponi posse ab Ecclesia, & esse iustissimam, quia delictum gravissimum est, & Ecclesiæ perniciosissimum. Habere autem Ecclesiam hanc potestatem a Christo Domino probant optimè Bellarm. lib. 3. de laicis c. 21. & 22. Valent. tom. 3. disp. 1. quæst. 21. p. 3. Simancas 46. n. 44. Covarr. lib. 2. var. cap. 10. num. 10. Suar. de hæ. disp. 20. sect. 3. n. 18. & disp. 23. tota sect. 1. Fundamentum præcipuum est, quia sine hac potestate non satis Chritus Dominus Ecclesiæ suæ prouidisset: neque enim posset reuelare, & inobedientes coercere, & eorum delicta vindicare, neque oportet, neque membra putrida, & nociua toti corpori tolerare. Quapropter censet Suar. loco allegato disp. 20. sect. 3. n. 1. etiam esse hanc Ecclesiæ potestatem negare. Frita de finitum est à Bonifacio VIII. in extrax. v. nam sanctam de martir. & obedient. & ab Innocentio IV. in c. ad Apostolicam de sent. & re iudic. in 6. & c. 1. de homicid. in 6. & alii textibus, quos laudat D. Doctores congruit: quibus consentiunt leges imperatoriarum hanc poenam mortis hæreticis impoenitentibus, quicunque C. de hæreticis, ibi, ultimo supplicio coercerantur qui illicita

docere tentauerint. Et idem est qui tentauerint addicere illicita quia docere, & discere, illicita equiparantur in iure l. culpa, C. de maleficijs. & tradit glossa in cap. excommunicamus 2. verbo puniendi de hæret. Idem habetur l. Arriani C. de hæretic. Verum est Ecclesiam non solere, exequi hanc potestatem per iudices, & ministros Ecclesiasticos, sed per laicos, & media illorum temporali potestate; iuxta cap. ad abolendam. §. præterea, de hæretic. Quia id videtur decentius, & pietati Ecclesiæ conformius; & quia sic indicatur potestatem temporalem inferiorum, & subditam esse spirituali potestati: at ubi à iudicibus fidei delinquens seculari brachio remittitur puniendus, debet iudex laicus poenam statim exequi, neque in illius potestate est remissionem facere, iuxta cap. ut officium de hæretic. in 6. aliàs, ut fautor hæreticorum puniri poterit. Ceterum, quia varii sunt hæreticorum gradus, neque omnes (etiam si digni sint) hæc poena mortis imponitur, declarandum est quibus imponatur, & ut à facilioribus incipiamus.

Primò dicendum est hæreticis impoenitentibus, & pertinacibus hanc esse poenam impostam: constat ex c. ad abolendam de hæreticis. & tradit Simancas, de cathol. instit. tit. 16. num. 6. Eymer. 2. p. direct. 9. 40. n. 1. & ibi Pegna com. 65. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 55. in fine Fatinae. quæst. 196. §. 2. num. 4. Julius Clar. lib. 5. §. hæresis. Suar. de fide disp. 23. sect. 2. num. 3. & omnes Et ratio est manifesta, quia si poena mortis alicui hæretico imponenda est, impoenitenti, & in suo errore obstinato debet imponi, vtpote qui omnium delinquit gravissimè. Prius autem quam hæc poena afficiatur hæreticis, tentanda sùnt omnia media, quæ iudicibus fidei contententia vifa fuerint, ut errorem agnoscat: & præcipuum est, ut medijs viris doctis, & versatis conuincatur de suo errore. Si autem huic medio sapius reperito non acquiescit, sed in suo errore tenaciter persistere voluerit, brachio seculari tradendus est, comburendus viuis, tanquam palme arefactus, cuius nulla spes est fructum laturus; eius tamen lingua alliganda est, ne impijs blasphemias aditantes offendat.

Dico, secundò. Eadem poena mortis imponitur hæreticis fictione iuris impoenitentibus: ij sunt, qui legitimis testibus convicti negant hæresim commississe, quia præsumuntur in illa perseverare, dum illam non confitentur. Neque obstat exterior fides Catholicam profiteri; quia reputatur dolosa, & ficta professio: & colligitur ex cap. ad abolendam, quatenus ibi mandatur seculari iudici puniendum relinqui hæreticum qui in hæresi deprehensus satisfactionem congruam exhibere recusat: qui autem legitime convictus de sua hæresi illam fatetur, satisfactionem congruam non exhibet. Merito ergo poena hæreticis pertinax, & incoercibilis est puniendus: sic communis omnium sententia, ut videre est in Calderino tract. de hæret. rub. de hæret. impoenitentibus. num. 1. Rojas eodem tract. 1. part. num. 69. Simancas tit. 16. num. 25. Eymer. 2. part. quæst. 34. n. 2. & 3. & ibi Pegna comm. 59. Didac. Canteræ quæst. crim. rub. de hæresi. cap. 1. num. 57. 60. & 61. Suarez de fide, disp. 23. sect. 2. num. 5. Fatinae. quæst. 178. num. 20. & alij apud ipsos. Ibi autem nunquam viij concrematur sed prius suffocatur eo quod solum præsumptione iuris hæretici impoenitentes reputantur. Vt autem hæc poena locum habeat tria, vel quatuor requiruntur. Primò, ut verba vel facta de quibus hæreticus accusatus, & convictus est, sint appetè contra fidem, neque alium sensum habere possint. Secundò, ut per testes contestes omni exceptione maiores conuincatur talia facta fecisse, vel verba protulisse in nostræ fidei offensionem. Tertio, ut non possit obliuio præsumi, cum in negatiua perseverat: sic Arnold. Albert. tract. de agnosc. assert. cathol. 9. 34. num. 52. Rojas tract. de hæretic. p. 1. num. 84. Pegna 2. part. direct. quæst. 34. comm. 59. in medio. & 3. p. sit. de 12. modo terminandi processum, comment. 48. n. 208. Difficultas autem est non leuis, quando obliuio præsumatur: Cui optimè respondet Pegna 2. part. direct. 9. 34. comm. 59. vers. in his ergo In factis arduis, atrocibus, & horrendis etiam post longum, tempus obliuionem non præsumi, ut pote in direptione, & conculcatione imaginum, prædicatione hæresum. Et idem est de factis, aut dictis solitis, & consuetis, licet ardua non sint, & in iis quæ semper delinquentes committantur. In ceteris verò causis, quæ insignes arduæ non sunt, nec solitæ & consuetæ: neque delinquentem committantur decennio regulariter reputatur obliuio, nisi aliud iudici visum fuerit penam delicti, & personarum circumstantiarumque qualitate.

Ex his inferitur velut diminutum confidentem, & negatiuum curia seculari esse tradendum, qui non fatetur omnes errores hæreticales de quibus per testes contestes omni exceptione maiores esset convictus, si illi adeo recentes, ac graues essent, quorum verisimiliter credi non posset obliuio, quia non est vera confessio, cum de omnibus peccatis non agitur. quem paniceo de poenitent. dist. 1. & perseverantia, & contumacia in vno solo errore verum hæreticum constituit, etiam si alios abiuret, & detestetur: sic Simancas in Enchirid. tit. 61. n. 4. Ioan. Rojas tract. de hæreticis. 2. part. assert. 21. Pegna 2. part. direct. comm. 59. in fine Suarez disp. 23. sect. 2. n. 6 De illo autem qui omnes suos errores fatetur, recusat tamen manifestare aliorum errores, quorum

DE  
VSTRO  
ALIA  
TON,  
II II



### 368 De pœnis temp. hæret. special. de confisic.

conuincitur habere noticiam, aliqui existimant non esse vt impenitentem hæreticum damnandum, quia ex hac occultatione solum conuincitur factorem hæreticorum esse, non autem verum hæreticum. Ergo non debet vt verus hæreticus, & impenitens condemnari, & ita audit in inquisitionibus Castellæ prædicari, sed propter hanc causam torqueri. Cæterum credo de rigore iuris vt verum hæreticum impenitentem damnari posse, & curiæ seculari traditi sic occultantem aliorum errores cum suis manifestat, eo quod non præsumitur manifestare verè & ex animo, sed fictè, cum tempore penitentiae ita hæreticis fauente sic Suarez *supra* n. 6. Dec. tract. crim. lib. 5. c. 5. num. 10. & 16. Burlat. *confil.* 7. n. 14. Ludouic à Paramo de *orig. sanct. inquisit. lib.* 3. *quæst.* 9. n. 193. & *seqq.* Pegna *direct.* 2. p. 9. 34. *comment.* 59. *versic. ex his possumus* Fatinacius de *hæresi*, *quæst.* 196. S. 1. n. 17. Simancas de *catholicis institut.* tit. 48. num. 27. & 28.

6 Sed quid si in iudicio hæreticus suos manifestaret errores, postea vero confessionem factam reuocaret? Affirmandum existimo, vt impenitentem esse damnandum, si in reuocatione persistit, & causam reuocandi, & iustitiam prædictam primam confessionem verosimilem, non ostendit. Et ita est, quia ex propria confessione iam est plene delictum probatum; cum vero postea reuocet, præsumitur reuocare dolose ad eludendam penam ordinatam: aliàs si facta hac reuocatione non posset vt hæreticus negatius condemnari, cum etiam condemnari non possit vt hæreticus penitens, quia penitentia signa de suo errore non ostendit, euidenter sequitur omnibus hæreticis dari anam suas reuocandi confessiones vt sic penam ordinatam cuius tenent quod non est permissendum, & ita docet Fatinacius de *hæresi*, 9. 287. n. 75. & 9. 196. n. 20. & 21. vbi alios refert, cito contra tenet Didac. *Canera in q. crim. rubr. de hæret. cap. 1. num. 70.* motus ea ratione, quia per hanc reuocationem aliquid minuitur de fide, & firmitate confessionis factæ. Sed est frivola ratio, quando non probatur causa reuocationis. Adde, esse minueretur aliquantulum firmitas confessionis, conuictus tamen p. æcedentibus iniuratur, vt integram probationem retineat.

7 Dico tertio. Eadem pena mortis afficiuntur hæretici relapsi, id est, qui post abiurationem erroris, vel penitentiam canonicam deprehensi fuerint in abiuratum hæresim reincidisse: habetur expressè *cap. ad absolendum*, § *illos quoque de hæret. ibi illos quoque qui post abiurationem erroris, vel postquam se propriam sententiam examinatione purgauerint deprehensi fuerint in abiuratum hæresim reincidisse seculari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos*. & tradunt ibi glossa, & Holtens. Felin. Abbas & omnes. Notandum tamen est verbum *deprehensi*, quo vitur textus: indicat enim ad alios deprehensus esse hæreticos in hæresim reincidisse. Quapropter si quis sponte à nullo alio præuentus manifestaret se in hæresim abiuratum reincidisse, credo penam mortis euadatur; quia ratio, quare pena mortis hæreticis relapsis imponitur, est, quia præsumitur fictè conuerti, & esse incorrigibiles: at qui à nullo præuentus se ipsum deserit, & penitentiam expostulat, clarum signum tribuit veræ conuersionis. Ergo: Et ita docet Albert. in *lib. de agnos. assert. quæst.* 2. §. 2. Pegna alios refert, 3. *part. direct. c. mm. 12. versic. sed quid si relapsus*. Menochius *confil.* 82. num. 168. vbi ampliat conclusionem, etiam si captus sit hæreticus dummodo fateatur hæresim, de qua in processu non constabat. Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 56. num. 12.* Fatinacius n. 193. num. 39. Paramo de *origine sanctæ inquisit. lib. 3. q. 4. rubr. de forma. & ordine iudicario. n. 12.* Alphon. de Castro *tract. de iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 2.* Aduertendum tamen multum est, an hic relapsus sponte veniat; si enim probetur metu probationum sibi instantium venire, eo quod intelligebatur alios se præparare ad illum accusandum; non videtur penam mortis euadatur: sic docent Castro Farinac. Decian. *locis allegatis*. Quapropter Pegna, Paramo, Fatinacius expostulantur delictum occultum: nam in publico ferè semper hæc præsumptio oritur, quod metu probationum misericordiam expostulauerit, & non ex animo. Quod si prima vice reus de hæresi conuictus fuit sola sua confessione, & postea per testes conuincitur relapsus esse, est de rigore iuris pena relapsorum condemnari possit; si tamen priores errores abiurauit commissos tempore quo impubes erat, ad misericordiam, & reconciliationem admitti potest, iuxta quandam instructionem Vallisoleranam 12.

8 Circa prædictam conclusionem est prima difficultas, an dicatur relapsus, & curiæ seculari tradendus, qui de primo lapsu non fuit plene conuictus, sed abiurauit de vehementi in secundo autem lapsu plene conuincitur: In qua difficultate pro parte affirmatiua est expressa decisio text. in *e. accusatus in princ. de hæret. in 6. ibi, Accusatus de hæresi vel suspectus contra quem de hoc crimine magna, & vehemens suspicio orta erat, si hæresim iudicio abiurauit, & postea commisit in ipsa censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam hæresim crimen plene probatum non fuerit contra ipsum*; & ibi omnes Doctores quos frustraneum est recensere. Notanda tamen sunt verba textus, quia non dicit, quod verè sit relapsus, sed quadam iuris fictione; ad hoc enim requirebatur, vt in idem delictum eodem modo esset bis lapsus. Secundò requiritur, vt prius de suspicione

hæresis vehementi abiurauerit, secus si solum de leui suspicione, vt in *suprad.* textu cauetur expellè, ibi, *si autem leuis, & modica suspicio illa fuerit, quanquam ex hoc sit grauis puniendus non tamen debet in hæresim relapsorum pena puniri*.  
9 Solum autem controverti potest calus contrarius quando scilicet primo abiurauit hæresim, postea vero incidit in illius vehementem suspensionem, an tunc fictione iuris dicatur relapsus, & curiæ seculari tradendus? Negat Rojas *tract. de hæretic. c. 2. p. n. 333.* Mouetur præcipue ex textu in *e. litteras de presump. vbi* post factam confessionem & abiuratum hæresim quam de se, & fratre suo confessus fuerat postea hæresim fratris negauit, ob cuius negationem tanquam suspectus de hæresi condemnatur, & non tanquam hæreticus relapsus. Secundò probari potest, quia in *e. accusatus*, fictione iuris, & non proprie reputatur hæreticus, qui abiurata hæresi, de qua fuit plene conuictus iterum in ipsius suspensionem vehementem incidit. Cum ergo nihil statuat de illo, qui prius vehementer suspectus fuit, & postea in manifestam hæresim incidit non debemus illi penam relapsorum applicare, quia non sunt excedendi, & ita feruari in praxi ab Inquisitoribus Italiae, testatur Farinac. *quæst.* 195. num. 18.

Cæterum hæreticis fauendum non est; sed omnino exterminandi. Quapropter credo probabilius param relapsi si supradictò imponi potest, quia vt quis fictione iuris reputetur relapsus sufficit si de vno lapsu plane, & indurabiliter constet. & de alio præsumptione vehementi. Quod autem lapsus præsumptus antecedit vel subsequatur lapsum certum, accidentarium esse videtur, & leuis considerandus: & ita tenet late probans Menoch. *confil.* 82. num. 148. lib. 1. Alphon. de Castro de *iusta hæretic. punit. lib. 2. cap. 3. Sanct. tract. de hæretic. cap. 16. n. 3. versic. secundo modo*. Buiati. *confil.* 7. n. 15. lib. 1. Farinac. de *hæresi* q. 195. n. 17.

10 Neque obstant contraria. Non text. in *cap. litteras*, quia ibi solum dicitur confessum esse hæresim sui, & fratris quam confessionem postea reuocauit, ob cuius reuocationem, & priorem confessionem factam suspectus vehementer de hæresi fuit: non tamen ibi dicitur prius hæresim abiurasse, & postea in vehementem illius suspensionem incidisse. Ad secundum concedo gratis in *cap. accusatus* solum haberi esse fictionem iuris relapsus, qui post vehementem hæresim abiuratae suspensionem in illam incidit manifestè: at inde non probabilissimè colligi idem esse didicimus siue suspicio antecedit, siue subsequatur lapsum manifestum. Deinde nego solum haberi in *suprad. cap. vt relapsus* qui post vehementem hæresim suspensionem in illam incidit manifestè in potius habetur contrarium si quidem ei, qui primò hæresim abiurauit, si postea comparatur hæreticis facere tanquam relapsus puniatur. Inquit enim textus: *Ille quoque de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem existit, vel nec constet si post illa hæreticos receperit, deducatur, visiter sine affectu, aut dona vel munera seu favorum eius impendat merito debet iudicari relapsus*; & tradunt omnes. Quapropter Farin. qui n. 18. dixit Inquisitoribus Italiae non solere vt relapsum condemnare eum, qui primò confessus, vel conuictus fuit de hæresi, & postea in illius vehementem incidit suspensionem. Aduertit n. 32. non esse extendendam hæc doctrinam ad hunc causum expressum de fauore hæreticorum.

11 Limitant autem Alphon. de Castro de *iusta hæret. punit. lib. 2. cap. 2.* Menoch. *confil.* 82. n. 149. *in fine* n. 156. lib. 1. Simancas de *catholicis institut. tit. 47. rub. de relapsis n. 6. & 7.* Azor. 1. p. 1. §. 14. 9. 4. Hoc esse intelligendum, si fuerit hæreticis profertentibus eandem hæresim, quam ipse prius abiurauerat, secus vero si diuersam: quia tunc non censetur in priori hæresi abiurata consentire. Cæterum hæc limitatio admittenda non est, sicut neque illam admittit Petr. Gregor. *synagm. iuris lib. 3. cap. 8. n. 6. versic. relapsus* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 56. nu. 12.* Didac. *Canera q. crim. rubr. de hæretic. cap. 1. num. 58. in fine*. Quia abiurans hæresim tamen omnes hæreses abiuratae prout de se in vehementem illius suspensionem incidit relabi fictione iuris censetur, vt mox dicemus.

12 Secunda difficultas est, an requiratur sibi in eandem hæresim prius abiuratum, vt quis pena relapsorum afficiatur. Et quidem si cum priore hæresim in quam incidit, abiurauit, simul etiam generaliter omnes abiurauit, vt mos est, nemini esse potest dubium, vt relapsus condemnandum esse, quia tamen habetur in *e. accusatus*, § *enim vero de hæret. in 6. ibi, eum enim qui in una hæresi specie vel secta commisit, aut in vno ipsius articulo, seu Ecclesie sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter vel generaliter abiurauit si ex tunc in aliam hæresim speciem, seu sectam aut alio articulo, seu sacramento commisit, volumus vt relapsus in hæresi iudicari*, & notant ibi glossa, Archid. Gemian. & reliqui Doctores. Verum si solum hæresim, in qua incidit, abiurauit, & postea in aliam diuersam relabitur, glossa in *suprad. e. accusatus*, & ibi Ioan. Andr. n. 8. & 9. Repert. inquisit. *verbo relapsus* sub *vers. 3.* Eymet. 2. p. *direct.* 9. 40. n. 5. *versic. secus si tantum*, ibi Pegna *tom. 65. Menoch. confil.* 82. n. 156. & *seq. lib. 1. Suar. disp. 23. de fide*, negant relapsum dici siue expressè postulari probationem generalem totius hæresis, vt quis relapsus censetur.





13. Nihilominus affirmatiam partem tuerentur Ioan. Monach. Archidiacon. Gemman. Francus in *suprad. c. accusatus*. Mandat in additione ad Rupert. verbo relapsus, sub v. 3. lit. B. Vmbert. Locat. in *iudicial. inquisit. verbo relapsi*. n. 6. Pegna *supra*. dicit hanc opinionem proualere Decian. *tract. crimin. lib. 5. c. 56. num. 2.* Et ratio esse potest quia aburians quamlibet heresim, tacite omnes hereses aburians, quia aburians recessum à diuina reuelatione per Ecclesiam proposita, quae in omni heresi includitur, promittitque tacite ab Ecclesia non discessurus. Ergo ex hac praescripta aburitione, si in heresim labatur, relabi cententibus est. Propter quam rationem haec mihi opinio probabilior apparet. Limitada tamen est doctrina, in casu, quo prius de heresi volentes suspectus aburians, & postea in diuersam heresim (speciem lapsus fuisse, quia in hoc casu, etiam si aburians prior generaliter fuerit, non debet cenferi relapsus per textum in *c. accusatus ibi*, *postea deliquit in ipsa*, quali dicitur, si in ipsa heresi deliquit, quam prius de vehementer aburians, ut si in alia dicitur & notatur. Faciunt q. 195. n. 46. Secundo limitanda est, ut intelligatur, si post aburitionem heresim incidit in aliam diuersam, scilicet si post aburitionem heresim incidit in aliam diuersam, omnes aburians, aut purgans se ab vniuersa heresi infamacione, non ab omni heresi purgans, quapropter vt relapsus conueniam potest qui solium vna heresim aburians, si in aliam diuersam labatur, non tamen si se ab vna purgans, & in aliam incidit, vt opinio notatur Pegna *direct. 3. p. rubr. de secundo modo facienda processum, comment. 33. n. 50. circa fin. facin. q. 195. n. 30.* Lantonic. Palano de *orig. sanct. Inquisit. lib. 5. q. 4. rubr. de expulsiōe processus in casu fidei, n. 5.*

14. Adheret tamen in omni relapsu penitentibus, & curiae seculari tradendis danda esse sacramenta penitentiae, & Eucharistiae, iuxta *c. super eo, de heresi. in 6. & tradit Simancas tit. 63. n. 7. Suarez de fide, disp. 23. sect. 2. n. 12.* et contra tenet de Eucharistiae Sacramento Cautera *q. de hereticis, n. 13 pag. 373.* Conari. *lib. 1. var. c. 1. n. 11.* Vnum tamen est certum potius ad reconciliationem non admitti, etiam si contentes exstant. Cautera *lib. Sanchez lib. 2. Decal. c. 27. num. 23.*

15. Retra dendum de hereticis, & dogmatistis enim sunt non solum qui errores inueniunt, & confixerunt; sed etiam qui iam inuentos, & confixos quasi ex officio, & consuetudine aliis publicè, vel occultè praed. carunt; quia ratione huiusmodi conductæ praedicationis, vere sunt magistri, & Principes erroris, & hereticorum sequentium illos: vt colligitur satis ex *cap. qui aliorum. 2. q. 1. ibi, qui aliorum defendit errorem multo amplius damnable est illis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam alia offendicula erroris praeparat, & cōstr. Unde, quia magister erroris est non tantum heres, sed etiam heresiarcha dicitur, q. sic notatur Alberti. *tract. de agnoscenda assert. q. 30. n. 60.* Eymeric. p. 9. 3. ibi Pegna *comment. 64.* Faciunt alios referens q. 178. n. 15. Suarez de fide, disp. 23. sect. 2. n. 11. Notatur etiam dogmatistas, & heresiarchas vocari, qui alios peruertere conentur, quasi ex officio & consuetudine; vt excluderem eos, qui consang. uincos suos peruerterunt, aut vnum, vel alterum penitentium; enita non proprie heresiarchae aut dogmatistae dicuntur, vt bene nota. at Suarez *supra. num. 11. fin.* aus postis.*

16. Prima sententia docet hos heresiarchas, & dogmatistas sine ulla misericordia brachio seculari esse tradendos, quantum signa exhibent conversionis, & penitentiae sic activer deservit. Simancas de *causis inquit. tit. 47. n. 50. & segg. & in encheirid. tit. 59. n. 1.* Rep. Inquisit. verbo docere. Ioan. Rojas *tract. de hereticis, 2. part. n. 339. assert. 43.* Suarez de *disp. 23. sect. 2. n. 9.* & Pegna statim allegandus dicit, speculata horum temporum conditione miserima, hanc sententiam sine vilo errore obiterari posse, et si ipse iudex esset, nullum permittere videret abique vtilimo supplicio, Rationes huius sententiae non leues sunt prima quia variis legibus hac pena ij heretici afficiuntur: *l. cum qui seruum, C. de apostatis, l. quicumque, C. de hereticis, l. fin. C. de iudicis, l. 2. C. ne sacrum baptisma*, quibus legibus standum est, cum iure canonico contrarium dispositum non sit; non enim alienum, & inusitatum est in penis imponendis ius canonico suppleri per ius civile. Secunda, quia etiam iure canonico cautum fit hereticos penitentes ad reconciliationem admittendos, hoc debet intelligi de hereticis communitate contingentibus, non de hereticis qualificatis, & à communi modo peccandi exorbitantibus; ij enim non regula communitatis tenentur, quia plura concernunt delicta, & circumstantias in suis peccatis; ob quae lex simpliciter loques in illis locum habere non debet, argument. *l. nunquam plura, ff. de priuatis delictis.*

17. Nihilominus etià haec sententia satis probabilis sit, probabilior ex illis, heresiarchas, & dogmatistas, si vere penitentiae signa ostendant, admittendos esse ad reconciliationem, neque brachio seculari tradendos sic tradit ex Concilio Biterrensi, & Tarracōnensi. Franciscus Pegna *direct. 2. part. comm. 64. vers. c. an autem Eymeric. 3. p. de castano modo terminandi processum. n. 188.* circa finem Decian. *lib. 5. tractat. crimin. c. 54. n. 47.* Didac. Cautera *q. crimin. rubr. de hereticis, c. 1. n. 70. v. est nunc videndum*, Ratio praecipua iuritur, quia nullus est textus in iure canonico hanc penam illis indicens, imò potius in *cap. ad abolendam*, contrarium non leuiter insinuat; quare enim Pontifex eos, qui docet

illos qui credidit hereses, ibi, *aliter sentire aut docere non mesuunt*. Et de omnibus subiungit ad misericordiam recipi posse, si publicè contententur aburians, & satisfactionem congruam exhibere: Itē Berengar. quem constat fuisse heresiarcham, conuerti volens receptus fuit ad gremium Ecclesiae. *c. ego Berengarius, de obsecrat. dist. 28.* & de Cazalla, qui fuit heresiarcha insignis, testatur Cautera *supra*, relaxatū fuisse brachio seculari, ex speciali breui Sedis Apostolicae, aliis non relaxandus Neque deest ratio congrua in huius opinionis fauorem. Nam heresiarcha conuersus & alios facilius conuertet, & conuersos in fide confirmabit. Neque obstat legibus imperatoris caueri vtilimo supplicio afficiendum esse aliorum peruersorem; habetur enim *l. vltim. C. iudicis ibi, pena sanguinis destinatus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina*, & in *l. penultim. C. de apostatis* dicitur *pena cap. esse puniendum qui alium peruertit*. Itē colligitur ex *l. quicumque, C. de her. l. 2. C. ne sacrum baptisma iteretur*. Non, inquam obstat haec leges, tum quia si aliquid probaret, ex illis inferendum esset, quemlibet peruersorem alterius, et si vnus esset tantum, vtilimo supplicio esse afficiendum. Tum & praecipue, quia hereses locum non habent in hoc crimine, quod mere Ecclesiasticum est, nisi quado heretici ex foro Ecclesiae plectuntur, & iudicio seculari traduntur iudicandi. Debent tamen Inquisitores in iis admittendis prudentissimi, & vigilantissimi esse, ne sub peile ouina lupus regatur, & simulata penitentia simplices decipiant: vt dicitur in *c. vii. officium de heret. in 6. ibi, prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vti. imo se ipsos fallentes sub agni specie lupum gerans*. Quapropter multis experimentis tentandum est, an hęc, an ex animo conuertantur, & gratiamque sunt illis penitentiae imponenda, praecipue caeteris in eis similibus, à quo non nisi post longissimum tempus, & manifestissima signa verae conuersionis liberati sunt, sic Franciscus Pegna *direct. 2. p. q. 39. comment. 64. vers. c. superis* Faciunt q. 193. n. 12. Simancas de *causis inquit. tit. 47. n. 72.*

Placent tamen mihi limitationes, quas adducit Pegna loco allegato, vt scilicet ad reconciliationem non admittantur dogmatistae, & heresiarchae; qui post longum tempus, frequentelque admonitiones, & iam iam tradendi curiae seculari penitentiae signa ostendunt; quia non videntur studio veritatis, & ex animo conuerti, sed timore mortis ad vitandam penam. Item neque etià admittantur illi, qui praecipue in condemnationibus, penis, praemiis, promissionibus iuratis, aut aliis exquisitis modis conati sunt fallam doctrinam persuadere; & denique qui Regem, Principem, aliaue personas regales peruertere conati sunt, quia in iis omnibus ratione immanitatis criminis, & defectus penitentiae, qui semper timetur, datur occasio sufficiens, vt Ecclesia possit discedere à communi regula statuentis hereticos penitentes ad reconciliationem admitti, per quae patet solutio ad secundam rationem contrariae sententiae, contentis iis Laetius Zechius in *summ. 2. part. tit. de fide, rubr. de heresi, c. 1. num. 17. vers. fallunt tamen praedict.* Faciunt q. 193. §. 1. à num. 7. & segg.

His omnibus relapsis, qui penitentiae signa ostendunt, etiam si brachio seculari tradantur, neque ad publicam reconciliationem admittantur, concedi debent Ecclesiastica sacramenta, sicut de relapsis penitentibus diximus ita Simancas in *encheirid. tit. 63. nu. 7.* Suarez de fide, disp. 28. sect. 2. n. 12. & caeteris in *c. super eo, de heret. in 6.* qui textus est de relapsis expressè loquatur, ad omnes penitentes excedit ex identitate rationis. Neque obstat contrarium sentire quoad sacramentum Eucharistiae. Couarruias *lib. 2. variarum, c. 1. num. 11.* & Cautera *rubr. de heret. num. 13. fol. 173.* moti consuetudine, quae, meo iudicio, sustinenda non est, cum videatur esse contra ius diuinum.

18. Denique de hereticis penitentibus tate conuersus solet dubitari, an debeant ad reconciliationem admitti, vel potius brachio seculari traditi; Et quidem si ante sententiam, etiam post receptas probationes, & testium publicationem conuertantur, communi sententia docet ad reconciliationem admittendos esse: colligitur satis ex *c. excommunicamus. l. 2. §. si qui de heret. & tradit Anod. Albert. in rescript. c. 1. de hereticis in 6. q. 12. n. 5.* & segg. Zanch. *tractat. de hereticis, cap. 16. n. 5.* Pegna *direct. 2. part. comment. 8. ad c. ad abolendam vers. usus autem*, Faciunt alios referens quasi. 193. n. 5. Suarez de fide, disp. 23. sect. 2. n. 15. Simancas de *causis inquit. tit. 47. n. 36.* & n. 47. & segg. Decian. *tract. crimin. l. 5. c. 54. n. 3.* & fauer consuetudo, & praescripta omnium Inquisitorum. Neque obstat *cap. ad abolendam, de hereticis*, vbi solum iis, qui conuerti, & confessi sunt, postquam fuerint deprehensi, ad fidem redierint, iubentur admitti ad misericordiam: sed ij, qui post receptas probationes, & testium publicationes, & repetitas monitiones redeunt, dici non possunt continui, & confessi redire. Ergo non sunt ad reconciliationem admittendi: Non, inquam, obstat, quia si intra tempus, quo condemnari possunt, redierint, continuo, & confessi redire censentur: & faciunt ea quae tradit Menochius de *arbitr. casu. 8. q. 10.* & n. glossa §. vlt. *Instit. de inutilib. stipular.* Eymeric. 3. p. q. 98.

19. Verum si post latam sententiam conuertantur, satis contrarium est inter Doctores, an tunc debeat ad reconciliationem admitti?

Probabilis credo regulariter admittendum non esse: quod satis

DE  
VST  
ALAC  
TONI



Leis indicatur in cap. excommunicamus. 1. & 2. de hæreticis, ubi danari reliquitur brachio seculari debita animadversione puniendi. Ergo post damnationem iam functus est index Ecclesiasticus officio suo. Item, quia traditus curiæ seculari ad misericordiam non admittitur, vt statim dicemus: sed nullus damnatur vt impenitens, qui seculari curiæ non tradatur per ipsam condemnationem. Ergo facta condemnatione iam non est locus remissioni: ita multis relictis docet Farinac. *quæst. 193. num. 58. & 59. iuncto 57. Pegna 2. part. direct. comm. 36. vers. postquam.* Suarez. *de fide, disp. 23. sect. 2. n. 16. Simancas de cathol. instit. tit. 46. n. 26. Dixi regulariter nam in aliquo casu raro, in quo magna veræ conuersionis indicia reus offenderet, & de quo sperari posset fructus, possent ab Inquisitoribus exequitate ad misericordiam admitti.*

20. Ex his inferitur quid dicendum sit de illo, qui eductus è carcere, vel potius in tabulaculo existens audierit sententiam conuictur, an. inquam, ille recipendus sit? Ratio dubitandi est, quia respectu huius iam est sententia prolata, illique manifesta, etsi non sit promulgata. Ergo eius conuersio post condemnationem fit, Ergo non verè debet censeri, sed ad vitandam penam ac proinde recipienda, & ita cauetur in quadam Madriliana instructione. Refert Francisc. Pegna 2. p. dir. comm. 39. *vers. postquam,* cui ipse consentit. Nihilominus si in aliquo casu Inquisitores viderint specialissima conuersionis signa, poterunt & hunc ad reconciliationem admittere, quia id videtur pietati, & misericordie Ecclesie conuenire; & docuit ipse Pegna *supra. & 3. part. comm. 42. n. 175. circa finem Decian. tract. crim. lib. 5. c. 39. n. 3. Farin. de hæres. quæst. 193. n. 60.*

PUNCTUM III.

De pena portandi saccum benedictum, & omitte penitentias sibi impositas.

1. Portatio sacci propter infamiam pena reputari debet.
2. Inquisitores aduersus non exequentes penitentias procedere possunt.
3. Omitte implere penitentias aliqui vt relapsi condennant.
4. Probabilis tanquam impenitentem puniendum esse.
5. Proceat, tametsi ipse sub iuramento se obligasset ad penam relapsi sustinendam.

**A**D corporales penas reduci potest, propter infamiam, quam gignit sacci benedicti portatio. Solent enim Inquisitores consuetudine iam recepta per totum orbem hæreticos penitentes in signum conuersionis, & desolationis erroris impetare, vt parenter supra vestes portent saccum quandam crucis rubri, vel crocci coloris signatum; de quo latè Pegna ad Eymet. 3. part. comm. 42. n. 175. Farin. q. 193. n. 91. Simancas de catholic. instit. tit. 47. n. 9. & segg. Ioan. à Rojas singul. 1. n. 23. & tract. de hæret. 2. p. n. 309. Calderin. tract. de hæreticis redeuntibus & conuersis. 8. Repertor. verbo *carcer.* verbo *crux.* verbo *infamia.* & alij apud ipsos.

2. Difficultas autem est, an si ij hæretici penitentes supra dictam habitum occultauerint, aut abiecerint, possint ab Inquisitoribus puniri, & qua pena puniendi sint, & generaliter quoties reliquas penitentias impositas non exequuntur. Et quod ad primum attinet certum est posse Inquisitores aduersus hos penitentes penitentias iniunctas non implentes procedere, tanquam de hæresi suspectos, non enim leuem suspicionem ingerunt conuersionem antecedentem factam esse, & errores præcitos non ex animo desolati, siquidem eorum satisfactione parui pendunt, & omitte: sic docent Eymet. 3. p. q. 97. & ibi Pegna *comm. 146. circa prin.* Simancas de catholic. instit. tit. 48. n. 29. & 30. & in *enchirid. violata relig. tit. 61. rubr. de penit. n. 7. Campeg. in addit. ad Zanch. tract. de hæretic. c. 20. in verbo penas.* Farin. q. 93. de hæres. n. 123.

3. Quoad secundum verò, qua pena puniendi sint hi hæretici qui penitentias implere reculant, non est constans omnium sententia. Aliqui enim dicunt, vt impenitentes, & relapsos condemnandos esse, & curiæ seculari tradendos. quod præcipue locum habet in penitentia carceris, quæ grauior est si ab illa auferre tentantur: sic post alios antiquiores tradit Calderinus *tract. de hæreticis. rubr. de hæres. contum. n. 1. & 2. vmbert. Locat. in iudicial. inquisit. verbo carcer. n. 16. ad finem, vers. carceres autem fugiens.* Zanch. *tract. de hæreticis. c. 10. n. 4. vers. de eo verò.* & ibi Campegus in *addition. litt. C. in verbo detrahisse.* Decian. *tract. crim. lib. 5. cap. 56. n. 4.* & videtur esse sententia Eymetici director. 3. part. quæst. 97. *finem.* Mouentur, quia omitte sine causa penitentiam sibi iniunctam exequi, præsumitur sicte conuictum esse, & in errore prillino perseverare. Ergo vt relapsus damnari poterit, quia in errorem iam reprobatum præsumitur relabi. Neque obstat hanc penitentiam violatione non esse formaliter hæresim, sed solum ex illa præsumptiue argui, quominus vt relapsus damnatur: quia (vt supra diximus) vt relapsus damnatur, qui abiurata hæresi in violentiam illius incidit suspicionem *cap. accusatus de hæreticis, in 6.*

4. Nihilominus verius, & probabilius reputo hunc violentam penitentiam iniunctas, non relapsum, sed impenitentem esse, & contra illum tanquam impenitentem procedi posse, dum in illo statu perseverat, & sicut impenitens, si à contumacia recedit, & misericordiam expostulat, admittitur, & nullo modo brachio seculari traditur: sic cum hoc impenitente faciendum est: debet tamen pro crimine violatæ penitentiae absque causa, arbitrio Inquisitorum puniri, vel pecuniaria pena, vel fustibus, vel iciniis, penata qualitate Personæ, grauitate criminis, & malitia: sic docet doctissimus Franciscus Pegna 3. part. quæst. 96. *comment. 1. & 6. vers. itaque.* Ioan. à Rojas *tract. de hæres. 2. part. assert. 4. n. 335. vers. tertio fuit.* Simancas de catholic. instit. tit. 16. *rubr. de custodia reorum. n. 24. & 25. vocans contrariam opinionem crudellem, & fallam in enchirid. violata relig. 1. 57. rubr. de carcere perpetuo n. 4. & 5. Hippolit. Riminald. conf. 150. per totum Farinacius quæst. 193. n. 136. & segg. præcipue 146. Lexius Zechius summ. 1. part. 1. de fide rubr. de hæres. cap. 11. n. 19. vers. secundo loco & alij apud ipsos. Ratio efficax est, quia violatæ penitentias iniunctas quales sunt, fugere è carcere, habitum penitentialem non deserte, non peregrinari, & non est signum à iure statum, approbationis erroris, Ergo non debet violas ob talem violationem, vt relapsus condemnari. Probo hanc consequentiam, quia non permittitur iudicibus condemnare vt relapsum, quem iura relapsum non iudicant. Adde solum fictione, & præsumptione iuris poterit dici violas habentis penitentias iniunctas approbare errorem detectum, cum ergo verè non approbet, pena ordinata puniendus non est. Et ex his soluitur contrarium fundamentum procedit enim cum quis omitte exequi penitentias directæ contrariis erroris desolati, veluti si omittet se purgare, errorem abiurare, hæreticis non fauere: hæc enim à iure statuta sunt signa vehementer approbationis erroris, ac proinde vt relapsus postea is condemnari, lecus de aliis penitentis: vt bene Hippolit. Riminald. Franc. Pegna, Simanc. Farinac. docent *leci al. legatis.**

5. Extendenda tamen est hæc nostra sententia, vt procedat, etiam si hæreticus penitens sub iuramento, & pena relapsi se obligasset ad penitentiarum executionem, adhuc non debet vt relapsus condemnari ob violationem penitentiarum, quæ heresi directæ contrariæ non sunt. Quia obligatio cuiuscumque merienda est iuxta iuris regulas, quibus censendus est quilibet se velle conformare. *l. si duo. ff. de acquirenda, vel omittenda hæred. l. vmo potest. ff. de legatis. 1.* Cum ergo regula iuris non permitat hunc violatorem vt relapsum puniri, ex eius obligatione hanc penam portare non debet. sic Hippolit. Riminald. conf. 150. num. 6. & 7. iuncto. n. 35. lib. 4. Franciscus Pegna direct. 3. p. quæst. 97. *comment. 156. in fine.* Farinacius quæst. 193. de hæres. n. 142. Menoch. conf. 81. n. 113. & segg. lib. 3.

DISPUTATIO VII.

De penis suspecti hæretici, filiorumque hæretici.

PUNCTUM I.

Hæresis suspecti quam penam incurrat.

1. Quotuplex sit hæresis suspicio.
2. Magna, & vehementis suspicio hæresis quæ sit, varijs exemplis explicatur.
3. Quæ sit maxima, & violenta hæresis suspicio.
4. Leuis suspicio non sufficit ad condemnationem.
5. Sufficit ad interrogandū reum, secundam plures Doctores.
6. Alij reiciunt.
7. Distinctione resoluuntur difficultates, & statuitur interrogari posse, si oriatur suspicio ex delicto, cui iuri communi annexa est talis suspicio secus si solum ex opinione Doctorem.
8. Leuiter suspectus suspicione præbabit, & iuridica condennandus est vt abiuere de leui.
9. Pro crimine inducente suspensionem leuem condemnari potest reus ad aliquam penam pecuniariam, vel carceris pro aliquo tempore.
10. Ad que condemnari potest qui vehementer suspectus est.
11. Quid si suspicio ex famoria hæresis oriatur.
12. Violanter suspectus vt hæreticus damnari potest.

**H**ÆRETICIS affines sunt crimen committentes, ob quod redduntur de hæresi suspecti. Hæc autem suspicio triplex est, modica, siue leuis, magna, siue vehemens, maxima siue violenta. Modica suspicio, & leuis est, quæ ex leuibus indicis, & coniecturis oritur. Vocantur leuia indicia, modicæque coniecturæ, ex quibus leuiter inferitur crimen suspectum, quod aliis terminis declaratur.